deòque Columna rectè depinxit, p. XXXVI; an ungues in pedibus?

*Anguis*, adeòque tuus, est non venenatus, s. *Natrix torquata* Aldr. Rup.

*Anguis gigas*, est portentum et mira res.

*Realmuria* est *Scleranthus* certissimè; et stamina 5 in hâc decederunt, utì sæpe fit in Alpinis.

*Seguieria* est *Polycnemum* illud, à quo ego confeci *Chenopodium humifusum*, folio capillareo, etc.

*Busferica* videtur referri posse ad quoddam genus Tetrandris; sed de hoc inquiram meliùs. Flores in exemplari meo desunt.

Upsaliæ dabam, die 4 Octobris, quæ vobis 15 Octobris 1745.

*Linum minimum stellatum* quod misisti, egregiè floret; ad genus *Lysimachiæ* vel ad *Centunculum* referam pulcherrimam plantam.